



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1810 CCXIII

PRAEMATVRAE MORTI
VIRI

NOBILISSIMI CLARISSIMI ATQUE PRAECELENTISSIMI

DOMINI

M·CHRISTIANI FRIDER
KRANEVVITTERI

CHEMNICENSIS

P·L·C· ORDINI SAPIENTVM ASCRIPti ET LYC SENAT
RECTORIS MERITISSIMI

PRAECEPTORIS FIDELISSIMI

IN IPSIS EXEQVIARVM SOLEMNIBVS

POSTRIDIE NONAS MAIAS

A·O·R· 80 10 16 XVII

CELEBRATIS

PIE AC PERACERBE ILLACRYMAMVS

SVPERSTITES I ET II ORDINIS DISCIPVL

VITTEMBERGAE

EX OFFICINA CREVISIGIANA

Imi totentum dunt super teptis
Nec hujor pic diuidam curce ininde medeptis
Vt illigis docete illi pontice munus
Proo iecce softum cibis o' cestimine Rector
T entomice et lance gloriae mogenitale
Socilic pcc juncis dectis basi iis goyoi
Aduittis et hujoris eatus tuberis waff



E ne igitur, nostri Rector clarissime
Pindi,

Abstulit immitti Parca feuera manu?

E ne igitur, cinereisque tuos, manel-
que queramur?

Humana, heu, fallax et breue, uita, bonum!

Sic igitur frustra splendes umbone, Minerua,

Gorgonis et frustra cassidem et arma tenes.

Tertia, post idus Aprilis uenerat actas,

Quam tulerat Phoebus solis ab axe, dies,

Cum, uelut insidias uoluens sub pectore tectas,

Imposuit morbus languida membra toro.

Nec mora, defessum tussis quatit arida pectus,

Nulla leuant sicciam pocula sumpta sitem.

Mox lateri cruciatus adestr, febribus artus

Imi torrentur, durat anhela febris.

Nec, dolor, hic quicquam curae iuuere medentis,

Artificis doctae nil potuere manus.

Ergo iaces, nostrum caput, o, clarissime Rector,

Teutonicae et Latiae gloria magna lyrae.

Scilicet hoc funus deerat, pars ista dolori

Additur, et nostri causa suprema mali.

Triste manus detrectat onus, detrectat Apollo,
Horret et ad fractam nostra Thalia chelyn.
Imbris ora rigans horrendum murmurat Albis,
Funereoque habitu nostra cathedra gemit.
Tu, decus, o, nostri Rector clarissime Pindi,
Heu, moreris, lacrymis usque rigande piis.
Nos docta iuuenes formabas uoce, metalla
Nudus ut effingit Mulciber ignis ope.
Nos et ad Albiacae doctas Aganippidos undas
Duxisti fida, ceu pater ipse, manu.
Tu, praexcepta Dei pandens diuina, docebas
Nos colere aeternum mente fideque Deum.
Carmina quam numeris pulchris aptare docebas,
Et digitis doctae plectra mouere lyrae.
O, quoties doctos, coelestia munera, sensus
Admirabamur, nos, tua turba, tuos.
Cum tu proferres reclusas pectore dotes,
Optima, quisque fuit, te docuisse, ratus.
Se modo, te tali, iactabat, praefide, laeta,
Praefide, iam luget, te spoliata, schola.
At tamen haud fas est, plus indulgere dolori
Amplius, et lacrymis ponere nolle modum.
Ipse quidem dulces auras, tua pignora linquis,
Et uiduam, gelida contumulandus humo,
Non tamen es ^{totu} omnis defunctus, quem locat ipsa
Ante Deum pietas, sidera et ante fides.
Fallimur? an nubes cupis ipse abstergere mentis,
A celsi, his uerbis, aetheris axe poli:
Quid tandem iusto plus indulgere dolori,
O, iuuenes, olim qui mea cura, iuuat?

Non ego destituo iussu sine Numinis almi,
Credite, spes uestras Pierique chori.
Astrigeras acies, maiestatemque uerendam,
Hic nunc intueor, gaudia quanta? Dei.
Defunctus uiuo, lacrymas suspendere chari,
Nil, praeter neruos, mors habet, atque cutem.
Dixerat, et flentes Diui persoluimus omnes
Omnia, quae pietas mandat amorque, rogo.
Extremum fale, Rector clarissime, fale,
Nomen ad Albiacas, Diue, loquemur aqua



Aude Domini precies, tibi et ante fides.
Elliunitus tu usque capi, jube spissiori morte:
A cor, juis necipis, secessis ase boi:
Quin tandem iuno bue iniquitate gojoi:
O, inuictus olim dum uasa cum, inuicti

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



**PRAEMATVRAE MORTI
VIRI**
 NOBILISSIMI CLARISSIMI ATQUE PRAECELLENTISSIMI
DOMINI
**M·CHRISTIANI FRIDER
KRANEVVITTERI**
CHEMNICENSES
 P.L.C. ORDINI SAPIENTVM AScripti ET LYC SENAT
 RECTORIS MERITISSIMI
 PRAECEPTORIS FIDELISSIMI
IN IPSIS EXEQVIARVM SOLEMNIBVS
 POSTRIDIE NONAS MAIAS
 A·O R 1000 CC XVII
 CELEBRATIS
 PIE AC PERACERBE ILLACRYMAMVS
SVPERSTITES I ET II ORDINIS DISCIPVL

VITTEMBERGAE
 EX OFFICINA CREVSIGIANA

